



**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 46. Ampliùs duæ illæ propositiones confutantur quadruplici ratione.  
Quarum 1a. petitur ex enormitate magna fornicationis, & aliorum  
peccatorum carnis in Sacerdote. 2a. ex eo quòd sanctitati ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

*luit; an qui cum amitteret, iusit?* Si ergo pro libellis acceptis penitentiam ante Communionem agendum censuerunt; à fortiori pro adulterio & fornicatione, utpote libellione gravioribus. Enim verò si tam acri censurā perstrinxerunt eos, qui ante diuturnam magnamque penitentiam Communionem dabant Christianis, ante plures dies (gravissimae persecutionis timore) profratis; quia scilicet non crediderunt uno momento, vel levī penitentiā, sed multis dumtaxat precibus, multis geminitibus & afflictionibus posse reparari: quā censurā perstrinxerunt ipsā die commissi criminis eos Communione donantes, qui, nullo timore coacti, sed voluntate illeceb̄t, adēcōque longè pleniori voluntate, enormibus peccatis confenserūt?

**602** Nec certe de solis idololatriis, sed de quocumque peccato graviter enormi Ambrosius in Psal. 118. ait, *In ipsa Ecclesia, ubi maximè misereri decet, teneri quam maximè debet forma iustitiae, ne quis à Communionis consortio absensus (quod pro quocumque crimen faltēm graviore, etiam pro fornicatione ficit) brevi lacrymula, atque ad tempus parata, vel etiam uberioribus fletibus, Communionem, quam pluribus debet postulare temporibus, facilitate Sacerdotis extorqueat.* Plura ad idem Sanctorum testimonia libro sequenti (fante Deo) profremus. Non possunt quidem hodie fidēles adītingi ad omnes illos penitentium ritus, qui tunc obserbantur; sed cū eadem hodie lex divina sit quæ olim, & eadem peccatorum gravitas; hodie verum est, sicut olim, alto vulneri longam medicinam esse necessariam, nec medicinam eisēcē debere minorem, quā vulnus, &c.

## CAPUT XLVI.

*Amplius duā illa propositiones confutantur quadruplici ratione. Quarum 1<sup>a</sup>. peccat ex enormous magna fornicationis, & aliorum peccatorum carnis in Sacerdote. 2<sup>a</sup>. ex eo quod sanctitati Corporis Christi magnopere adversentur. 3<sup>a</sup>. ex insito Christiani & iuris sensu communī, quo apprehenduntur velut quidam valde indignam, quod Sacerdos ab ara Venerei & diaboli post pascas horas ad aram Christi transeat, ad ibi exercendum Sacerdotibus officium. 4<sup>a</sup>. ex difficultate & rara, neque ex paucis geminitibus presumenda conuersione Sacerdotum, flagitia carnis perpetrantium.*

**603** *Q*UAM enormia flagitia sint sodomia, & bestialitas, quācumque homine indigna, satis notum est universis, satisque Tertullianus exprimit, dum l. de pudicitia c. 4. vocat non delicia, sed monstra. Nec ignota est gravitas adulterii, quo nedium castitas, sed & alienus thoros violatur. Gravitatem denique fornicationis pluribus argumentis demonstrat Apostolus 1. Cor. 6. Demonstrant & Canones, septem annorum penitentiam imponentes vel ipsi Laico fornicanti: *Fornicator septem annis sanctis non communicabit* (inquit Basilus Epist. Canon. 3. ad Amphil. can. 59.) *duobus deflenti, & duobus andiens, & duobus substrati, & in uno consistens.* Octavo autem anno ad Communionem admittetur.

**604** Hinc propositio (contra quam in præsenti disputamus) tam citò utique post fornicationem, vel enormous carnis peccatum, Sacerdotem ad altare mittens, instar monstri vīla est S. Petro Damiano: *Si enim (inquit) vix Laico lapsō permittitur, ut Ecclesiam cum aliis oratibus introeat; qualiter isti dabitar, ut ad altare Domini pro aliis intercessurus accedat? Si ille, antequam tam prol-*

*xum penitentie spatiū tranfigat, non meretur audiēre; iste quomodo dignus est sacra Missarū solemnia celebrare? Si ille qui minus peccavit, ut pīa per latum seculi iter incedēt, indignus est cœlestis Eucharistie munus ore percipere; qualiter iste merebitur tam terribile mysterium pollutis manibus tractare?*

Enimvero usque adēcō sancitam & immaculatam **605** esse oportet Sacerdoti vitam, ob sublimem pī Ordinis & Officii dignitatem, ut omnes in illa, & in ejus vitam, velut in aliquod exemplar excellens intueantur, ait Chrysostomus homil. 10. in 1. ad Timoth. 3. Et idēcō *Apostolus Paulus* (ut habet *Canon* *Apostolus* diff. 8.) quando elegit ordinandos Presbyteros... ait: *siquis sine criminis est, sic est homicidium, adulterium, aliqua immunditia fornicationis, furtum, fraudem, sacrilegium, & cetera bujāmodi: quilibet itaque horum implacatus ordinari non debet.* Quomodo ergo tam enormiter per aliquod illorum criminum à sanctitate post suam ordinationem collapsus, statim potest sanctissimum altaria sacrificium offerre?

Id indigne atque intollerabile esse, præter dicta superiori capite, probatur 1<sup>o</sup>. ex enormitate fornicationis, aliorumque supradictorum scelerum in Sacerdoti. Si enim *levia Laicorum delicta*, in Sacerdotibus *magna est Tridentinum* *scel. 22. c. 1.* testatur; igitur quæ in Laicis gravis sunt, in Sacerdotibus enormia sunt, illa saepe quæ non modicum opprobrium fæderitali inferunt Ordini, & quod specialiter pugnent cum sanctitate & honore Ordinis & Officii fæderitali, cuiusmodi est fornicatio: quæ quia peccatum est admodum vile, vilesque in oculis Dei & hominum reddit istius sceleris reos, & in tantum viles, ut vilitas illius à parentibus in filios, à filiis in parentes redudetur (propter quod Levit. 21. filia Sacerdotis clam fornicata, flammis exuri jubetur) enormiter habet dubiè pugnat cum honore Ordinis Officiique fæderitalis. Unde Chrysostomus homil. 76. in Matth. *Sacerdotum (inquit) filia illius criminis rex igne cremabantur. Quia ex re, quam magnus panarum cumulus Pontificem, vel Sacerdotem expedit peccantem, legit Conditor vultus significare.* Nam si filiam ejus atrocis puniri jussit, quid erit de ipso? Et 1. 6. de Sacerdotio post medium: *Offenderi volenti Deus hominum peccata longè majori supplicio extari, dum a Sacerdotibus, quam dum a privatis sunt, mandat Levit. 4. ut tandem pro Sacerdotibus, quantum pro universo populo sacrificium offeratur.* Quod quidem quid aliud signat, quam Sacerdotis vulnera majors medicamento aque auxilio indigere; atque adeo tanto, quanto conjuncta simul populi vulnera indigent? Porro majori nequaquam indigent, nisi ea graviora forent. Aiqui graviora certe sunt, non natura ipsa, sed Sacerdotis, qui ea commiserit, conditio ac dignitate.

Pugnare etiam enormiter cum sanctitate Ordinis Officiique Sacerdotalis, demonstratur ex eo quod si fornicatio Sacerdotis veteri legi adeo pugnauerit cum fæderitali sanctitate ipsius, ut (juxta Chrysostomum) flammis expiari vix posset; quid censebimus (inquit eximius D. Hennebellus in thesi de Sacerdote lapsō) de fornicatione Sacerdotis novæ Legis, qui tot titulis ad maiorem castitatem sanctitatemque, pī Sacerdote veteris legis, obstringitur? In fornicatione (ait Chrysostomus homil. 18. in 1. Cor. ad hæc verba: *qui autem fornicatur, in corpus suum peccat*) totum corpus sit sceleratum & execrandum. Tamen quam enim incident in lebetem immunditiae, fornicatione & inquinamento, inuctum sic polluitur. Et quid sanctitati magis adversum, quam brutali libidinī totum hominem subiici, ita ut nihil aliud cogitare quam foedissimum libidinem valat? Hoc

## De sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

159

hoc autem facit fornicatio: cetera namque peccata, et si per corpus gerantur (inquit Commentator in Epistola Pauli apud Ambrosum) non tam animam ita carnali concupiscentia faciunt obstricam & omoxiam, quemadmodum commisceri facit animam cum ipso corpore usus libidinis, a geni in opere carnali fornicationis. Quia in tantum agglutinatur anima corpori, ut ipso momento nihil aliud cogitare homini licet, aut intendere: quia ipsam mentem captivam subdit ipsa submersio & abforatio libidinis & concupiscentie carnalis. Similiter Augustinus serm. 162. edit. noviss. Videtur B. Apostolus... exaggerare voluisse fornicationis malum, super cetera omnia peccata, que eti per corpus committantur, non tamen animum humanum concupiscentia carnali ita efficiunt obstricam & obnoxiam, quemadmodum in solo opere fornicationis corporalis commisceri facit animam vii ingens libidinis cum ipso corpore, & unum cum ipso quadrangulari agglutinari & derivandum esse... sic enim totus homo abhorbet ab ipso, & in ipso corpore, ut jam dici non possit ipse animus suus esse, sed simus totus homo dicit posse, quod caro sit, & spiritus vident, & non revertens... Nonquam sic totus homo corporis voluntati addiscit, & ineffabiliter vel invitabiliter affigitur.

608 Accedit major adhuc fornicationis gravitas in Sacerdote ex triplici alio capite. 1°. ex solenni confessione vero quod sacrificius violat.

609 2°. ex sacerdotiali dignitate, qua quantu sacerdos est, in majori gratia Sacerdoti collata, eò graviori lapidu ruit in peccatum tam vile. Tantum namque gravius est peccatum, quanto major qui peccat habetur. Et quando quis altiore in loco est confititus, tanto lapidu graviori ruit. Unde Bernardus serm. Ecce nos reliquias omnia: In Clero (inquit) tamquam in caelo gerens iniqua, quid nisi de ministerio judicetur? ecclesi tenet officia (Angelus enim Domini exercituum factus est) tamquam Angelus aut eligitur, aut reprobatur. Inventa quippe in Angelis pravitas, & diabolis iudicetur nefaria est, & inexorabilis quam humana.

610 3°. ex circumstantia temporis, quando tunc committitur, cum imminere cognoscitur tempus sacrificii offendendi. Ex hoc namque major est iniurias tua, quod non reverentia quidem tam mysteri proxime celebrandi voluntatis illecebris prevalere potuit. Ob tantam fornicationis enormitatem, Patres omnes, qui ante Ildorum Mercatorum, five ante luppositiarum epistolarum Calixti, Gregorii & Ildori Hispaniensis promulgationem ab pto factam floruerunt, sacerdotibus functionibus Sacerdotem in fornicationem lapsum restituere ausi non sunt; omnes item Patres, qui luppositiis epistolis illis decepti priorum Patrum doctrinam temperarunt, namquam tam adduci poterunt, ut ipsum tam citè altari restituenter. Et erit hodie novarum opinioneer fabricator, qui talē altari restituerit ausi, illo ipso die, quo peccatum tam enorme cominitus? Hoc est quod vulgarissimo Theologorum Canonistarumque iudicio, Coyarruvæ tempore impium center folebat, ut ipse Covarruvias ad caput si furiosus n. 7. ait: Impium censeri solet (nota vulgarissimam tunc sententiam) post Sacerdotem, qui nocte præterea dormierit cum femina, statim celebrare præmissa contritione & Confessione.

611 Hoc est quod clarissimus Vincensius Episcopus Godau in Historia sua Eccles. ad annum 594. dicit cum puritate vicina corporis Domini compoti non posse, magis quam componi possit latus cum tenebris, & Christus cum Belial.

Hoc est quod Merbelius, loco supra laudato, velut impian, sacrilegiam & nefariam doctrinam perhorrexit dicens: Procul dubio perborresces vel cogitatione, vel recordatione nefaria illius doctrinæ quo-

rumdam hominum, pari ad incisionem impietate affirmantium, Sacerdoti, post habitans eo ipso die, quo celebraturus est, copulam carnalem cum femina, aut pollutionem voluntariam, liberum esse sine culpa venialis rei divina incumbere. Et infra: impians & sacrilegum est offerere, Sacerdotem posse celebrare, vel Lacum posse communicare, tuto & licet, eo ipso die quo in voluntariam pollutionem incidit, vel quo fornicationem, adulterium, vel peccatum contra naturam admiserit. Hanc doctrinam, immo impietatem, toti Antiquitatì contrariam esse supra docuimus.

Hoc est quod piissimus Contenson. to. 8. distinet. 612  
4. c. 2. horribilem quorundam Recentiorum coruptelam appellat: Ex his patet quantum à S. Thomas doctrina castitia quorundam Recentiorum corruptela abborreat, qui nedum Laicos, sed & Sacerdotibus (quorum status, character, & tefera sanctitas est) post patrata nefandissima carni peccata, nedum Communione, sed & sanctissimorum mysteriorum tractationem & celebrationem concidunt, easque à lapanariis (horrible dictu) adhuc recentes, adhuc calentes ad tremenda altaria immittunt... post nudam Confessionem.

Hoc est quod illustrissimus D. Neercselius E. 613 pilicopius Caftoriensis pluribus impugnat in Amore suo penitente l. 2. c. 21. Si enim (inquit) Emeryus de bonis, nobilis & pius Scriptor è Societate, confessus est SCELUS HORRENDUM DICTU, ET ANGELIS IPSIS DETESTABILE, QUODVE VALEAT SOLI TENEBRAS OFFUNDERE, TERRAM TREMIFICARE, ET ELEMENTA PERMISCERE, si quis Laicus eodem, vel postero die, vel tertio, aut quarto, à sumpta Eucaristia ad suas fordes revertatur, aut illam quis sumere audeat, qui pridie, nudus-servitus vel quartus ante peccaverat: nonne idem scelus detestabilis & horribilis erit, si recentes & propudiis & flagitiis, non solum Eucaristiam sumere, sed & consecrare, sed etiam Mediatoris officium assumere audeant? Elanguerit Canonum vigor,... in suis animis Christianis reverentia, & adorationis sensus, quo corpus Domini colendum est, namquam ita languecat, ut probare posse, quod homines, adhuc libidine sumantes, atque scientes, sacrū operentur, canique carnem conferent, trahent, pro aliis offerant, aliis colendam exponant, manducandam presentent, & ipsi eam sumant, atque in sua vice, adhuc scadis estibus ferventia, vel tepitatem demittant, quam carnem virginem Mariæ uteru non potuit concepire, nisi Spiritus sanctus in illam descendere, & virtus Altissimi sanctissime Virginis, ut adhuc purior evaderet, mirabilis obumbraret.

Atque hinc se offert secunda ratio, ad confundandam illam novitiam opinionem, quod utique sanctitati corporis Christi magnopere immunditia, qua ex fornicatione contrahitur, tam secundum animam, quam secundum corpus repugnet. Nam (ut Hennebellus optimè prosequitur ubi supra) & anima efficit adeo immunda, per appetitum immunditiae, & perpetuum recursum cogitationum immundarum; & caro ipsa per primitatem ad opera immunda, ut de fornicatione merito dici possit, quod si mors corporum, interitus animalium, carnem polluit, mentis lumen extinguit, Spiritum sanctum de templo humani corporis ejicit. Unde S. Thomas hic q. 80. a. 5. ad 2. peccatum fornicationis reddit inceptum hominem ad perceptionem hujus Sacramenti, in quantum scilicet per hoc peccatum spiritus maximè carnis subiectus, & ita impeditur devotio, & fervor dilectionis, qui requiritur in hoc Sacramento.

Enimvero propter pollutionem nocturnam, ex 615 turpi cogitatione vigilantis ortam, nec in se, sed in ea dumtaxat causa voluntariam, sacro mysterio abstinerere ea die oportet, ut dicitur cap. testamentum

dift. 6. Unde & Gregorius scribens Augustino Anglorum Episcopo (teste S. Thoma ubi supra in corpore articulo 1. & in 4. dift. 9. q. 2. ad 4.) dicit *cessandam esse à Communione, quando ex turpis cogitationibus provenit.* Si etiam juxta Pium V. in rubrica de dispositione corporis (præfixa Missal Romano Editionis Plantinianæ anni 1566.) *si præcesserit pollutio nocturna, quæ consuta fuerit ex precedenti cogitatione, quæ sit peccatum mortale... abstinendum est à Communione & celebrazione.* Quādā magis propter fornicationem in se directe volitari, quā Sacerdos templum Spiritus sancti non solum violat, corporique suum, magnō sanguinis Christi pretio emptum, spiritui immundo tradidit, & membra Christi, fecit membra meretricis; sed nec Officii sanctitate, nec follemnī cœfūtis voto, nec proprii honoris memoria, nec sui Ordinis opprobrio, nec imminentie purissimam Virginis Filium immolandi ac sumendi tempore cohiberi potuit, quoniam sacrilegium tam abominandum committeret?

616 Tertia ratio pertinet ex insto Christianis animis sensu, quo apprehenditur velut quidam valde indignum, quādā Sacerdos, adhuc libidinis calore fumans ac sc̄ens, virginem Agni immaculat̄ carnem in altari Christi confeget, trahet, in victimam pro aliis offerat, atque in vicera sua trahiçiat, paucis horis postquam eadem sua ipse viceira, sumunque corpus & animam diabolo in victimam in arā Veneris obtulit. Scandalizantur hoc ipso pī fideles hoc videntes: quia fornicationem Sacerdotis, aliaque ipsius peccata enormia, quæ vel lege veteri, vel hodiendum lege civili pena capitali puniuntur, apprehendunt ut magnū sacramentalis Ordinis opprobrium, quo Sacerdos indignus redditus altaris ministerio. Si enim Sacerdotis filia in fornicationem lapsa in legē veteri ne vitā quidem corporali digna cœfūtatur, quomodo in nova legē Sacerdos ipse, antequam per penitentie labores, lachrymas, fletus, jejuna, orationes tantum facinus capitali supplicio dignum expugnet, dignus cœfūti potest vita divina? Quemadmodum ita homines inter se compositi sunt, ut, etiam post imprecatiā extraordinaria gratia veniam, audax proflus & impudens videatur, qui modicissimo tempore post injuriam atrocissimam Principi illatam, quæ capitali supplicio plebi mercebatur, gratia illā non contentus, in mensam ipsius feingeret, pro aliisque intercederet, & præcipua quæque Aula regia ministeria invaderet; magnopere quoque ipsi timendum fore, ne Princeps ob ipsius impudentiam, superbiam & præsumptionem, irritaret gratiam, quam humilitate supplicatus communis jamjam misericorditer tribuerat. Sic pī Christiani ita inter se compositi sunt, ut (etiam post reconciliationem cum Deo per humiliē dolorosamque Confessionem extraordinaria Dei gratia & misericordia impletam) audax, impudens & præsumptuosum ipsi videatur facinus Sacerdotis, qui quasi gratia illa extraordinaria ipsi non sufficeret, tan citè oblitareret memoriam atrocissimæ injuriae Christo illata, quā tollens membra Christi horrendo sacrilegio fecit membra meretricis, violatunque corpus suum, id est templum Spiritus sancti, Deo solemnī sponsione conferatum, prelio magno emptum à Christo, turpissimā proditione templum fecit demoniorum; modicissimo tempore, seu paucis horis post tam enorme crimen (nedium capitali supplicio, sed perpetuā execratione excommunicationeque dignum) in Christi menari se ingerebat; corporaque ipsius invadere, altari pro aliis intercessurus accedere, sacraque Missarum solemnia, atque alia præcipua regni Christi mysteria trahere auderet. Cū commissi criminis pudor, vercundia, horror, ipsum eō usque saltē con-

fundere atque humiliare deberet, ut ante expiatum digna penitentia tantum flagitium, se tantā cum Christo familiaritate reputaret indignum. At quomodo se humiliat, qui post crimen immane, statim dignum se judicat maximo favore, sublimiorique honore, quem homo viator possit ambire, maximusque Dei amicus possit exoptare? Si humiliatem (necessariam certè ad exercendum Sacerdotis officium, post flagitium tam proborum) in ipso nihilominus reperiri, quispiam pertinaciter contendit; longissime profecto humiliatis ista distat ab humiliata Publicani, Cananæ, Magdalena, & Filiū prodigi. Siquidem Publicanus præ confusione non audebat oculos levare, nec ad cœtum Sanctorum accedere: ille prælūbit ad altare accedere, & ibi Sanctum Sanctorum Deo offere & manducare. Cananæ, canem se cogitans, modicum quoddam, & exiguum beneficium desiderans, non menſam (inquit apud Augustinum serm. 74. de temp. c. 6.) invado, sed mea quaero: ille nedum filiorum, sed & Christi mensam audacter invadit. Magdalena, licet multum diligens, atque ex magna dilectione crimina sua detinans, idcoquem remissione à Christo confutata, non audet à Christi vestigis ad manum, ad os, ad verticem statim convolare. Audet hoc vero Sacerdos ille, statim post Confessionem, paucisque horis post admītūm horrendum crimen. Filius denique prodigus, ad patrem magna cum conversione reveritus, non statim primos honores, sicut ille Sacerdos, sed hoc unum supplex petere ausus fuit: *Fac me sicut unus de mercenariis tuis.*

Præsumptionem Sacerdotis auget, quod, licet 617 sibi videatur aliquoquin contritus & confusus, justissimum timorem habere debeat, ne toto corde equidem non sit conversus, uti Publicanus ille fuit, sicut & Filius prodigus, & Magdalena; nec proinde dignus audire cum Magdalena, ad Dominicos pedes provoluta, *dimittantur tibi peccata tua.* Neque enim auditiv hoc Magdalena, nisi post heroicum actum, quo (omni humano respectu posthabito) in convivii locum ingressa, eti non vocata, atque ad Dominicos pedes prostrata, grandibus lachrymis eos lavare, & capillis suis tergere inter epulas non erubuit. Quod, ut pote extraordinaria Christi gratia factum, simili gratia sibi quoque factum abi que præfrito ullo actu heroico, valde præsumptuo Sacerdos notiter crederet. Et hinc

Quarta ratio est, quia Sacerdos tam enormiter 618 lapsus valde seducit seipsum, si nullis adhuc præmissis laboriosis penitentia operibus, ex hactenū quod peccatum suum cum aliquo dolore vel etiam aliquo lachrymis confiteatur, illico præsumat se conversum ut oportet ad fructuosa abolutionem. Videns enim quem offendit, & quādā enormiter offendit, nēdum gratia extraordinaria, sed & ordinaria fēte indignum reputare debet. De suisque lachrymis & gemitibus humiliter sentiens, lachrymas suas tam enīm delecto abluendo impares confiteri debet, vel faleme de carum insufficiencia magna cum ratione dubitare, ob dicenda sequenti capite. Maxime cū merito timere debeat, ne in tantum scelus corrue permissus sit, in pœnam occulti alicuius criminis præcedens, v.g. præsumptionis de seipso, prout accidit Petro. Vix enim accidit, ut bonus Christianus à crimen valde enormi suam ordiatur ruinam. Occulata solent peccata præcedere, quæ terribili hac medicina curanda sint. Sic tripliē Christi negationem in Petro antecedit nūmia de suis viribus præsumptio. Et hoc sensu Augustinus 14. Civ. 13. *Audeo (inquit) dicere, superbis esse uile, cadere in aliquod apertum manifestumque peccatum, unde sibi displicant, qui sibi placendo cediderunt.* Propriore ergo Sacerdos, à lapsu suo refurgere

## De sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

161

resurgere volens, ipso lapso suo cauior factus, magnopere debet timere, ne ad cumulum peccatorum, quæ priori iuâ præsumptione contraxit, nova accedat præsumptio, quâ nimis facile fibi persuadeat, se fatis conversum, cùm reverâ non sit. Præscriptum cùm sufficiens conversio Sacerdotis, post enorme crimen, res admidum rara sit, ardua & difficultis, ut sequenti capite demonstrabitur. Memor ergo unde excedit, donec tantum crimen dignis elucti penitentia fructibus, imitari debet humilitatem Publicani, Cananæ, Magdalena, Filii prodigi, de quibus proximè, nec se illuc digoum estimare gratia plena conversionis, nec cui tiola prima proferatur, vitulus saginatus mactetur, convivium paretur; sed omnipotus confusione, quâm honoribus istis, a divino præterim convivio, se dignum agnoscendo, dicere cum Petro: *Ex a me, quia peccator sum, Domine; cumque Publicano, oculi in terram demissi, longè ab altari flans, pectus percutere, dicendo: Deus propius ego mihi peccatori.* Pro le denique, quâlque crimibus, aliorum potius intercessionem debet implorare, quâm pro aliis ipse intercedere. Ad quæ omniâ filialum ipsi non mediocrem iniuriam debet visio, quam Dionyfius Carthagenanus lib. 3. de quatuor noviss. ex Petro Cluniacensi reperi accidisse pio Religioso Anglo, qui in spiritu raptus in Purgatorium, cùm moraretur, quod tam pauci Sacerdotes essent in Purgatorio penit., repperit eorum, quâi ubique terrarum castigationem poluantur: resprompsit istud ab Angelo accepit, quod idem ibi paucissimi erant, quia vix aliquis talium veram habet contritionem; quodque idicere penitentes huiusmodi aeternaliter conædamur. Causant ergo Sacerdotes in fornicationem lapsi, si de contritione sua facilè blandiri, maximè attentis iis, que proximè dicenda sunt.

### CAPUT XLVII.

Secundum ordinariam gratia economiam, rara & difficultis est Sacerdotum (in fornicationem lapsorum) plena conversio, sive ex iusto corde; idem citio & facile non præsumenda; nec promissionibus ipsorum fides (sine cantone dignorum penitentie fructuum) adhibenda; nec (sine ea cantione) ipsi absoluto; malicio minus Communio, & Missa celebratio concedenda.

**D**emonstratur: quia secundum ordinariam gratia economiam, difficultis est plena conversio cujuslibet peccatoris, post baptismum plenâ voluntate enormiter lapsi, nec sine præstitione dignorum penitentie fructum præsumenda, prout ex Scriptura & Traditione demonstrabitur libro sequenti. Multo ergo difficilior est plena conversio Sacerdotis, plenâ voluntate enormiter lapsi. Si enim in Laicis verum est illud Cypriani: *Quam magna deliquimus, tam granditer defescamus.* Petrus tu Dominum cito posse placari, quem verbi perfidi obnisi? Si etiam in Laicis verum est illud Cleri Romani: *Delicti sui magnitudinem agnoscentes, intelligant non momentaneam, neque præproperam desiderare medicinam.* Item istud: *Non sit minor medicina, quam vadim; non sint minora remedia, quam funera.* Quandiu magis verum est in Sacerdotibus? Si denique verum est quod Richardus à S. Victore lib. de potest ligandi & solvendi c. 22. ex doctrina Sanctorum ait: *Si vultis nosse, & potestis patienter audire, facilius reconciliatur Paganus post criminem centum, quam Christianus post unum solum.* Profectò quâd graviora sunt crimina Christianorum, quam Paganorum; tantò graviora sunt crimina Sacerdotum, quam Laicorum. Tantò prouide difficulter conversio,

& tantò (ob majorē longè difficultatem) ratiō; maximè post lapsum in peccatum carnis: cuius viro femel agglutinatus Sacerdotis animus, ob magnam ipsius tenacitatem, magnæque gratia in vacuum recepta subtractionem, sine difficultate magna ab eo avelli non potest, & non nisi per ardua penitentia opera, ita ut Episcopus Castoriensis in Amore suo penitente to. 2. c. 21. merito dicat, nullam tardiorē ratiōremque esse conversionem, quâm ejusmodi Sacerdotum. Quod etiam observavi Antonius Godæus, Vencensis in Gallia Episcopus, integritate vitae, à fastu & ambitione alienæ, neconon eruditiois & eloquentia laude clarissimus: postquam enim in sua Historia Ecclesiastica ad annum Christi 579. reulifet duos Episcopos, ob flagitia Ordine mortos, sed penitus nihil meliores effecti, in fôrdibus perverasse, at, ipsos exemplis suo confirmatae veritatem hujus terribilis effati: *raro ad penitentiam fecisti Sacerdotes, qui, Deum oblixi, sese flagitiis dediderant.* Quam veritatem confirmat viro numero praecedenti enarrata.

Et idipsum ratione multiplici ostenditur. Pri-

mo quia Sacerdotes (ait Castoriensis) inter eas functiones peccant, quæ utpote magis celestes quâm terrenæ, ipsos à peccati revocare, & ut lanciā fini Deo suο monere non cessant. Proprieatamque sancti Patres peccata Sacerdotum compararunt peccata Angelorum, quibus datus non fuit penitentia locus. In Clero (inquit S. Bernardus) tamquam in calo gerens iniqua, quid nisi de ministerio judicetur? celeste tenet officium. Angelus Domini exercituum factus est. Tamquam Angelus aut eligitur, aut reprobat. Inventus quippe in Angelis pravitas, & diuersitas judicetur necesse est, & inexorabilis quam humana. Quod sublimior namque sacerdotalis dignitas, quod ejus functiones ab omnibus terrenis magis remotæ; & eo lapsus inde gravior, eo ruina major; & quod ruina major, eo operior & infrequentior reparatio. Neque enim vulgaris, sed horribilis ille casus est, quo Sacerdos evictus ad dignitatem Angelicam majorem, ruit in abyssum cùm longè inferiorem, in qua jacut Turca & infideles.

Secundo, nulli magis à Deo deferuntur, quam Sacerdotes, qui Deum deterunt, ut te criminibus addicant. Nam tametsi ipsi penitentibus ignorat Deus, ipsos tamē raro subit verus penitendi affectus, salem plenus. Quid enim, inquit præclarè Halierius de sacris ordinationibus p. 1. scit. 3. c. 2. q. 2. n. 8. non effent indurato ad penitentiam corde, qui adeo ad peccata ruentes, perfidae fuerunt audacie, & indurata mente, ut divinis mortuis, que quotidie legunt, audiuntque, aures obturarent, frequentioribus divinis vocibus cor occularent, gratia Sacerdotis efficacissima resistenter, nec divinorum mysteriorum, que quotidie pertractant, nec dignitatis eximia, quam habent, veneratione continerentur, nec pudore, nec infamia, nec popularum scandali à peccato deterrentur? Profectò ut tam cffianæ & pervicax peccanti voluntas corrigitur, magna gratia opus est, quam pauci fluent emerit. Hinc ergo fit, ut è polluti enormi crimen Sacerdotibus pauci ex toto corde convertantur, penitentiamque agant ut oportet. Aut sim dicere (ait iterum Halierius ibidem) majorē esse debere Clerici integritatem, quam ut eam, post commissum enorme crimen, in votum reparandum esse confidat; majorēque peccanti Clerici prævaricationem & iniquitatem esse, quam ut communiter ab eo non facta, vel saltem plena, refūscentia speretur.

Tertio, minus abundanti Clericis in criminis prolabentibus (maxime Sacerdotibus) auxilia, quibus Laici, iudei & Monachi, dum peccant, adjuvantur. Tum quia illis indigni sunt per abu-

X